



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

2. Quid dilatio probatoria? quo fine danda? quoties? quâ temporis aequalitate? In capitalibus controversiis quot dari possint? An infra terminum datum ad probandum probatio absolvenda?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ptoriã pro tribus uti malit, prout illi integrum est. *per cap: cum ex literis. de restitut in integr: cap. cum dilecti. & cap. ult. de dolo. l. 2. l. contumacia ff. de re jud: Panorm: in cit. cap. 1. & ult: & ibid: Gl: h. t. L I M I T A* quando citatio fit ad eum duntaxat finem, ut inducatur contumacia judicialis. *ut in cap: ult. h. t. nam secº est in causis quibusdam gravioribus, ad privationem alicuius beneficii vel officii tendentibus: nam in huiusmodi non sufficit una pro tribus citatio, sed distinctis edictis opus erit, si de iure trina citatio exigatur. Panor. & Joan. Andr: in cap. ex tua. de Clericis non resid:*

2. Probatoria dilatio est, quæ lite contestatã & juramento calumniæ præstito, actori ad suam intentionem, & reo ad exceptionem suam probandam conceditur. *cap. 1. h. t. Et hæc omnis etiam prima, in causis civilibus est regulariter peremptoria, etiamsi non adjiciatur hæc vox peremptoriæ l. Titia scio. §. 1 ff de leg: Marant: p. 6. h. t. Unde nõ nisi semel dari potest in singulis iudicii actibus, singulisq; negotiis emergentibus. l. fin: in princ. ff. de ferijs. l. orat: eod. tamen autem dilationes omnes, ut supra dictum,*

dictum, iudici arbitrariae sint, etiam legales (quae à lege, statuto, stylo curiae, aut consuetudine conceduntur absque ministerio Iudicis vel litigantium *L. 1. ff. de re jud.*) teste Geil. *1. obs: 89. n. 13.* tamen semper aequalitas inter actorem & reum servari debet, ut quantum temporis actori datur, tantumdem concedatur reo, si petat, cum eius partes sint favorabiliores. *L. favorabiliores ff. de reg: Iuris: cap. non licet: eod tit. in 6. & in iudiciis aequalitas servanda sit. cap. 1. de sent: & re jud: in 6. cap. novit § ceterum de jud: cum etiam iudicium claudicare non debeat. cap: cum inter. Gl. de except: ut proinde dilatio probatoria, quae datur in iudicio semper communis sit, ut si detur uni parti, profit etiam alteri. *L. petenda: c. de temp: in integ. restit. in capitalibus tamen controversiis, reo tres dilationes, accusatori duae, etiam causam non cognitam, dari possunt. L. fin: in fin: ff. de feriis.* quia in iis causis majus vertitur praesudicium litigatorum. Excipe causam criminalem adulterii, in qua nulla dilatio danda est, nisi ut personae exhibeantur, aut Iudex negotii qualitate motus, eam causam cog-*

sâ cognitâ concesserit. *L. in crimine ff. de adulterijs.* Cæterum cùm omnis dilatio probatoria sit peremptoria, ut dictû est, **DUBITABIS**, an infra terminum datum ad probandum debeat probatio absolvi, an verò facta, postquam dilatio probatoria expiravit, valeat? *Responsio*, pendet ex forma concessionis, dilationis, eâq; de re, vide *Pelsium in processu judiciar. h. t. 31. n. 65. & seq.*

3. Executoriæ dilationes sunt, quæ dantur condemnato ad satisfaciendum, & sunt

4. Mensium. *cap: querenti. de offic: deleg. L. 2.*

& 3. *C. de usuris, rei judic. L. si debitori ff. de*

jud: Hæ dilationes non habent locum in

realibus, neq; in criminalibus, nam in his

executio non differtur, nisi certis casibus

notatis *per Host: in sum: tit. de offic: deleg. §.*

qua jurisd. vers: quamvis. Veluti cùm Prin-

ceps jubet aliquem acri⁹ puniri: cùm mu-

lier prægnans damnatur ad mortem: cùm

damnatur servus ratiociniis obligatus:

cùm relegato assignanda est insula. **AD-**

DVNT his DD. aliam speciem dilationum

quas vocant deliberatorias, quæ dantur,

reo, ut viso libello actoris secum delibe-

rare possit, an litigare velit, vel non. Et

ideo,